

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

Quondam in Anglia nobilem sanguinem à degenerè díscrevissé testatur. Sunt & mansueti. Nam in planicie quadam regni Fez bacillo abiguntur; & in alia Africæ regione, ossa viciatim colligunt. *Leo African.* Indici denique adeo mansuescunt, ut loro assuefacti ad venationem ducantur. *Aelian.* Marcus Antonius primus eos jugo subdidit, terrentur rotatum circumactis oribus, gallinarum cristicantue, sed maxime ignibus. *Plin.* In Armenia farina piscium nigrorum tolluntur. *Aelian.* Et leontophonis bestiolis modicis: quarum exustarum cinere carnes coasperguntur. *Solin.*

### CAPUT XXIII. DE LEPORE.

**L**eporibus Ithacæ infestus ager est, nam moriuntur illati. Balearium gratus. Tanta enim aliquando ibi horum copia, ut militare auxilium postularent ab Augusto incolæ. *Plin.* Minores albescunt hyeme in Alpibus. *Gesn.* Pausanias vero in Arcadicis candidos è Lybia advectionis vidit. Palpebris clausis vigilat, immotis dormit. *Xenop.* Acie est obtusa. Nam exporrecti oculi, præcisæ palpebrae, pupillis munimenta non præbent. Vtrumq; sexum habere negat *Albertus*: scitibit *Niphus*, illud, inquit, quod *Albertus* de leporibus dixit, mihi semper fuit dubium. Nam in venationibus observavimus, leporem habuisse penem & testes, & deferre in utero lepusculos. Observavimus etiam leporem habuisse vulvam, & in ea lepusculos: carere vero testibus & pene. Rondeletius vesicular esse existimat sanie tumentes, & certe tales in Castore propendent, in quibus continetur Castoreum. Rore contenti dicuntur, superfetant & singulis membris patiunt. In cubilia se recepturi jugeri etiam intercallo catulos, altum alio transferunt distitos, ne si periculum obveniat, omnes periclitentur. Ipsi deinde impressis discursu multiplici vestigiis, saltu postremo ingenti sese abripiunt & cubant,

CAPVT